

Decif. Aurearum Pars II. Lib. II.

ita glo. 1. in cap. studendum, dist. 90. modo iniuria Ecclesiæ non respiciat. 23. q. 4. cap. si is qui. Secus ubi ageretur mere criminaliter, expedit enim peccata nocentium esse nota. Secundus possunt partes in criminalibus compellere ad cōcordiā, antequam nascatur delictum, probatur in l. denunciamus, C. de his, qui ad eccl. consu. Hinc dixit Bal. in d. l. ex stipulatio ne, quod iudex ante factum debet obuiare iuxta posse. Tertius in Principe, qui non habet superiorem compellit interdum partes ad compromittendum in his in quibus Princeps habet liberam administrationem, sed in priuatis iuribus aliorum non potest compellere ad concordiam, nisi iusta causa subsit. ita Butr. c. 1. ad si. de mur. petit. Sic Abb. in cap. cum pridem, de pact. dicit in ult. not. quod Papa non cogit ad componendum, nisi res, de qua litigatur sit in libera dispositione ipsius. Quartus, quando his magno tempore durauit, & est adeo intricata, quod de facili extirpari non potest, nam tunc iudex potest partes compellere ad cōcordiam, licet causa sit civilis, tex. in cap. placuit, dist. 98. Innoc. in d. c. 1. ad si. de mur. petit. In quo casu Episcopus potest coercere laicos excommunicando. d. cap. placuit. Et ideo uidetur, quod Episcopus peccet mortaliter, non intromittens se per censuram ad pacificandos ciues cum caschalo dissentientes: quia licet alias nō obuiari delicto nō peccet, ut delinques, tamen fallit in prelatō. Abb. in cap. quantē, de senten. excom. Et negligentia in prelatō est peccatum mortale etiam in concernentibus pacem c. 1. de treu. & pac. & ibi Abb. 2. not. Et quod negligentia in reuocando discordes ad concordiam sit peccatum mortale in prelatō, est gloss. sing. in ca. vnum, §. criminis, aliās incipit ea demum, dist. 25. licet in alio sit peccatū veniale, ut ibi. Quartus fallit quando imminet, timor armorum rixæ, quia tunc ad euadendum rixas terrore armorum potest iudex cogere ad transigendum. l. si cuius, §. acquissimum, aliās in l. 1. ff. de usu fru. Fel. in rubr. de treu. & pace, num. 5.

ibi, fallit quarto. Quintus, quā est dissentio inter personas insignes, ex qua Respublica turbatur, Bal. in d. l. acquissimum, per tex. in l. si quis ingenuam, §. in civilibus, ff. de capt. quia iudex debet studere ad sedandam illam discordiam, ne transeat in præiudicium publicum, sicut debet studere ad generalem pacem, & quietem Proinciæ sibi commissæ, l. congruit, ff. de offi. præsidem Ang. in d. l. acquissimum, dicit, quod etiam si de facto potest civilis discordia tendere in exitum Reipublicæ, possunt partes compelli ad concordiam. Item Bal. in l. 1. §. si quis, ff. de offi. præf. vrb. dicit, quod perique status publicus turbatur ex priuato, & ideo propter hunc timorem possunt subditi nedum hortari, sed etiam cogi ad quieteuiendum, quod dictum sequitur Anas. in cap. 1. in 15. col. de maled. Similiter dixit Bal. C. de lib. cau. l. cum affirmes, quod iudex potest suadere pacem, sed non componere partibus iniuris, nisi timeatur de præiudicio Reipublicæ. Sextus in treuga ad quā potest ecclesiasticus compellere etiam laicos ex causa, ut per Abb. in c. 1. 1. not. de treu. & pac. Et tene menti dictum Abbat in rubr. eod. tit. ubi vult singulariter, quod in omnibus casibus, quibus partes possunt compelli ad pacem, possunt etiam compelli ad treugam.

Decima. Pagani tempore belli captiuos fecerunt Christianos. Deinde subsecuta est treuga. Nunquid tempore treugæ postea iniuræ licebit Christianis eos furari. Resp. q. si treuga iniuræ est generaliter, quod non liceat alterutris nec per violentiam, nec villo modo sibi iniuriam auferre, aut surripere aliquid, tunc peccatum est tempore treugæ furari huiusmodi Christianos: verum in duobus casibus credo, quod nō sit peccatum immo meritum. Primo quando pagani iniuriole circunciderent illos in contemptum fidei Christianæ, arg. 23. q. 2. c. Dominus. & q. 8. c. ut pridem. & tali casu furans penitus liberatus est ab omni restitutione. ar. dist. 54. cap. nulla. Secundus si furans homo rectam habuerit intentionem, Verum